

non esse tūm, solū cum eo colloquū. Dñi autem
iam quidā principes p̄i flagitant, ut aliqui
p̄i & docti conueniant, Et q̄dē assidui gemitus
Ecclesie idem expetunt, — Talis conuentus si erit,
ut spes est, locus dicendi fortassis & nobis & alijs
dabitur. Ego nihil moueo, nihil molior, non
minimo me fastidiosus, — Quod si uellem facere
non deesset mihi consiliū, Sed meo loco doctis
litteras, utcumq̄ publicae utilitatis causa, et in
hac peneta animū meū ad mortem preparo,
a quia non procul absūm, et filium dei oro,
ut me faciat uias misericordie, — Quia uerant
alijs regna & potentiam, nihil haec ad me
pertinent, Iudicabit de causa & uoluntate
cuiusq̄ filius dei, qui sit me optare ut
uicinitas illustretur, ornentur gloria dei, et ut sit
ecclesia non deformis. Cum hac conscientia
uicino, et me deo commendo, scio me miserū
hominē esse, & non esse ἀναμάχτου, sed
in hac uocatione quod fuerit studiū meū,
qui labores, & quae uoluntas, spero multos
honestos homines & prudentes considerare.
Dat̄ xv Julij.

Philippus Melancthon